

BEATIS MANIBUS  
 NOBILISSIMI, ERUDISSIMI *QVÆ*  
 DOMINI,  
**DN. JOHANNIS**  
**CZIMMER-**  
**MANNI,**  
 SECRETARII THORUN. MERITISSIMI  
 AGNATI SUI ÆSTIMATISSIMI,  
*IPSA FUNERATIONIS DIE,*  
*QVÆ ERAT 17. Febr. A. M. DCCVII.*  
 LUBENTI QUIDEM SED LUGENTI CALAMO  
 PARENTARE VOLUIT  
 GEORG HENR. CZIMMERMANN,  
 THOR.

---

THORUNII,

Imprimebat Johannes Conradus Rügerus, Nobiliss. Senatûs & Gymnasii Typographus.



ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΙΣ ΑΔ ΝΟΒΙΛΙΣΣΙΜΟ  
ΔΕΦΥΝΚΤΙ ΡΑΡΕΝΤΕΜ.



Qvam Naturam matrem venerari, eandem quoque novercam saepenumero detestari evenit, VIR MAGNIFICE. Dum ex ipsis triumphis debile hominum genus, in deplorandum dejicit miseriarum pelagum; ut quem pridem mortalium in nitidissimo mirari flores licuerit, huic mox lugentissimis ingemiscere naeniis & funestissima parentare Catastrophe, haud inconsulta deposcat aequitas; cujus tropaea Solis surgentis instar demum conspici coeperunt, hujus jam exiguo loculo cadaver conclusum ebullientibus undique lacrymis funerentur. Equidem taedet fari nefarium mortis audaciae scelus, tam procaci impetu in NOBILISSIMO TUO FILIO admissum, quae dum fronte caret, nec ad tanta saevitiae suae crimina erubescere potuit. Caecum illius procul dubio imperium, cum, quod vel in ejusdem pectus saevum detorserit spiculum, cujus vertex laurea adhuc redimendus erat, tum forsitan, quod verita fuerit, ne vehemens lugentium commiseratio duras illius atrocitatis leges uspiam emolliret. Haud inficias eo, VIR NOBILISSIME, nunquam sine gemitu perditae commemorationem esse, cujus Tibi semper amata fuit possessio, imo



M  
ra-  
æ-  
IR  
ofis  
lo-  
em  
lo-  
ce-  
ro-  
ijus  
pi-  
da-  
la-  
ne-  
caci  
ad-  
nta  
Cœ-  
um,  
erit  
mi-  
erit,  
uras  
laud  
vam  
esse,  
imo  
tragi-

tragicam potius tantæ calamitatis existere  
pronunciationem, quod non animum solum  
tuum, sed urbis totius viscera suavissima sui  
exhilarabat recordatione. Et dum publica  
quoque Observantia lamentabili complora-  
tione suos funestat affectus, diruitque gratæ  
mentis arcus, quos olim dextræ lætitiæ testes  
in BEATUM prolixissimo excitavit affectu,  
non mirum, quod & hæc ante actæ felicita-  
tis recordatio tanto acrius mentem tuam ex-  
ulceret, in animique penetralia crudeliter  
desæviat, quanto deliciosior unicæ Tuæ, non  
dicam Spei, sed Gloriæ fuerat præsentia. De-  
plorabis scilicet, GENEROSUM PECTUS,  
in unius Filii funere multorum orbitatem, in  
evulso corde, ademptam Tibi vitam, in amif-  
sa gemma, imminutum SANGVINIS preti-  
um, in extincto radio Solis publici quandam  
Eclipsin, ut nullum proinde dubium, quin  
desperatis his vocibus beatè defunctum com-  
pellas: *Aut nunquam nasci, aut nunquam  
mori debuisses.* Etenim non tanta doloris  
Tui esset acerbitas, si nunquam amare potuif-  
ses; sed quo pronior animi in vivum fuit in-  
clinatio, tanto gravior ejus Tibi accidit ja-  
ctura; quo dulcius Te possessus recreavit, eo  
crudelius torquet amissus. Verum prehen-  
de Lunam, MOESTISSIME AGNATE,  
quo citius ab indelebili lacrymarum flumine



conquiescas; hæc opacam suam molem So-  
li objiciens nullum sentit deliquium, nisi nos  
subtractæ solum lucis tenebras compensare  
oporteat. Quando Roma olim extorrem  
fecerat Catonem, nullum quidem ipsius glo-  
riæ damnum intulit, seipsam vero clarissimo  
tanti viri splendore privavit. Pari passu vir-  
tus eximia ambulat, cujus genuinus dum pos-  
fessor velamine mortis tegitur, non illi, sed  
urbi hæc clades deploranda. Satis quippe  
diu vixit, dum bene vixit, & gloriosius multo  
ipsi est sua virtute, quam dono temporis se-  
nuisse. Quo ergo citius corpus marcescit,  
eo citius ipsiuseffloret gloria, quæ, cum lan-  
gvoris inscia existat & expers mutabilitatis,  
vitam potius renovabit, quam unquam me-  
moriâ labatur. Tu proinde, GENEROSE  
BEATI GENITOR, noli invidere suæ vir-  
tutis maturum immatura morte præmium,  
& quassatis exulceratæ mentis anxietatibus  
ingenuo remitte animo, ne, cum Tuis quo-  
que consiliis Civitatis regatur incolumitas,  
adeò pendentibus curarum fluctibus,

*In quævis consilium vitæ & regimenq; locatum est  
generosi animi vires debilitentur; sed clemen-  
tissimum Numen, quam plurimos Soles BEA-  
TO ademptos munificentissima addat, addat,  
inquam liberalitate!*

☉ (O) ☉